

THE SARUM RITE
Missale Sarisburiense cum nota.

Tome C.
Fasciculus 7.
Pagine {177}-{238}.

Festis Junii.

Edited by William Renwick.

Hamilton Ontario.
The Gregorian Institute of Canada.
MMXIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2019.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2019.

¶ Sancti Nichomedis martyris.

(*j. Junii.*)

[*Ad missam.*]¹ Officium.

N Etábitur justus in Dómino et sperábit in eo : et laudabúntur omnes recti corde. *In tempore paschali* Allelúya allelúya. *Ps.* Exáudi Deus oratióne meam cum déprecor : a timóre inimíci éripe ámimam meam. [35].

Oratio.

Deus qui nos beáti Nichomédis mártiris tui méritis et intercessióne letíficas : concéde propícius : | ut qui ejus beneficia póscimus : dono tue grátie consequámur. Per.

Epistola. Beátus vir qui in sapiéntia. *in communi.* [37].

Gradale. Beátus vir qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. *V.*
Potens in terra erit semen ejus : generátio rectórum benedicétur. [40].

Allelúya. *V.* Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide precioso. [42].

Evangelium. Si quis vult post me. *in communi.* [50].

In tempore paschali Ego sum vitis vera. *in communi.* [4].

Offertorium. In virtúte tua Dómine letábitur justus : et super salutáre tuum exultábit veheménter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. *In tempore paschali* Allelúya allelúya. [51].

Secreta.

MUnera Dómine obláta sanctífica : | peccatórum nostrórum máculis e-
et intercedénte beáto Nicho- | munda. Per.
méde mártire tuo : nos per hec a

Communio. Posuísti Dómine in cápite ejus : corónam de lápide precioso. [55].

Postcommunio.

SUplices te rogámus omnípo-
tens Deus : ut quos tuis réficiis
sacraméntis : intercedénte beáto Ni-
choméde mártyre tuo : tibi étiam
plácitis móribus dignánter deservíre
concédas. Per Dóminum.

¶ *Sanctorum Marcellini et Petri martyrum.*

(ij. Junii.)

[*Ad missam.*]² *Officium.*



Lamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos : et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos. *In tempore paschali.* Allelúya. *Ps.* Benedícum Dóminum in omni témpore : semper laus ejus in ore meo.

[61].

Oratio.

Deus qui nos ánnua beatórum mártirum tuórum Marcellíni et Petri solennitáte letíficas : presta qué-

sumus : ut quorum gaudémus méritis, provocémur exémplis. Per.

Lectio libri Apocalypsis beati Johannis apostoli. vij.³ [13-17.]

IN diébus illis. Respóndens unus de senióribus : dixit michi, Hi qui amícti sunt stolis albis : qui sunt et unde venérunt ? Et dixi illi, Dómine mi tu scis. Et dixit michi, Hi sunt qui venérunt de tribulatióne magna : et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in ságuine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et

sérviunt ei die ac nocte in templo ejus, et qui sedet in throno, habitábit⁴ super illos. Non esúrient neque sítient amplius : nec cadet super illos sol, neque ullus estus. Quóniam Agnus qui in médio throni est, reget illos : et dedúcet eos ad vite fontes aquárum. Et abstérget Deus omnem láchrínam ab oculis eórum.

Gradale. Justórum áime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum malície. **¶** Visi sunt oculis insipiéntium mori : illi autem sunt in pace. [71].

Allelúya. **¶** Mirábilis Dóminus noster, in sanctis suis. [79].

Evangelium. Cum audiéritis. *in communi.* [86].

In tempore paschali. Ego sum vitis vos pálmites. *in communi.* [4].

Offertorium. Letámini in Dómino et exultáte justi : et gloriámini omnes recti corde. [92].

Sanctorum Marcellini et Petri martyrum.

Secreta.

Motiva Dómine dona deferéntes,
in tuorum mártirum Marcellíni
et Petri passióne, tuam magnificén-
tiam venerámur : et per ea nobis im-
plorámus tue pietátis auxílium. Per.

Communio. Justórum áime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum
malície, visi sunt óculis insipiéntium mori : illi autem sunt in pace. [96].

Postcommunio.

Prótegat Dómine quésumus pó-
pulum tuum : et participáto ce-
léstis indúltá convívii : et deprecáto
colláta sanctórum. Per Dóminum.

Sancti Bonifacii sociorumque ejus martyrum.

¶ *Sancti Bonifacii sociorumque ejus martyrum.*

(v. Junii.)

[*Ad missam.*]⁵ *Officium.*



Ancti tui Dómine benedícent te : glóriam regni tui dicent allelúya. Ps.
Exaltábo te Deus meus rex : et benedícam nómini tuo in séculum, et in
séculum séculi. [65].

Oratio.

BMnípotens sempítérne Deus qui beáto Bonifácio sociísque ejus palmam martýrii contulísti : presta nobis quésumus : eórum méritis indulgéntiam : qui eis largíri dignátus es corónam. Per Dóminum.

Epistola. Spectáculum facti. in communi. [68].

Gradale. Clamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos : et ex óminbus tribulaciónibus eórum liberávit eos. ¶ Juxta est Dóminus his qui tribuláto sunt corde : et húmiles spíritu salvábit. [70].

Allelúya. ¶ Sancti tui Dómine florébunt sicut lílum : et sicut odor bálsami erunt ante te. [76].

Evangelium. Cum persequéntur vos. in communi. [86].

In tempore paschali evangelium Ego sum vitis vos pálmites. in communi. [4].

Offertorium. Confitebúntur celi mirabília tua Dómine : et veritátem tuam in ecclésia sanctórum : allelúya allelúya. [93].

Secreta.

Blatiōnem famulórum tuórum súscipe omnípotens Deus : quam tibi supplíciter deférimus in honóre beáti Bonifacii mártiris tui sociorúmque ejus : ut qui tibi seme- típsum obtulérunt hóstiam laudis in odórem suavitatis : eórum précibus uníri mereámur unigénito Fílio tuo Dómino nostro Jesu Christo. Qui tecum vivit et regnat.

Sancti Bonifacii sociorumque ejus martyrum.

Communio. Gaudéte justi in Dómino allelúa : rectos decet collaudátio allelúa.
[94].

Postcommunio.

Tua nos misericórdia Deus per
hec sacramenta que súmpsimus
intercedénte beáto Bonifácio mártyre
 tuo sociisque ejus : et ab omni sur-
reptióne vetustatis expúrget : et ca-
páces sancte novitatis efficiat. Per.

¶ *Sanctorum Medardi et Gildardi* *episcoporum.*

(viiiij. Junii.)

[*Ad missam. Officium.*]⁶



Acerdótes ejus índuant salutári : et sancti ejus exultatióne exultábunt.
In tempore paschali Allelúya allelúya allelúya. *Ps.* Meménto Dómine David : et omnis mansuetudinis ejus. [139].

Oratio.

Deus qui sanctam nobis hujus diéi solennitátem, in honóre sanctórum confessórum tuórum atque pontíficum Medárdi et Gildárdi con-

secrásti : adéstō famílie tue précibus et dona : ut quorum festa celebrámus, eórum mérito et auxílio sullevémur. Per Dóminum.

Epistola. Plures facti sunt. *in communi.* [140].

Gradale. Sacercótes ejus índuant salutáre : et sancti ejus exultatióne exultábunt. *V.* Illuc perdúcām cornu David : parávi lucérnam Christo meo. [140].

Allelúya. *V.* Fulgébunt justi et tanquam scintille in arundinéto discúrrent in etérnum. [141].

Evangelium. Sint lumbi. *in communi.* [142].

In tempore paschali evangelium Ego sum vitis vos pálmites. *in communi.* [4].

Offertorium. Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultatiónes Dei in fáucibus eórum. *In tempore paschali* Allelúya allelúya. [142].

Secreta.

REspice Dómine quésumus pó-pulum tuum ad tua sacraménta curréntem : et preséntem festivitatēm sanctórum confessórum tuórum atque

pontíficum Medárdi et Gildárdi : ut quod in honóre nóminalis tui detulerunt : cunctis proficiat ad véniam. Per Dóminum.

Communio. Ego vos elégi de mundo : ut eátis et fructum afferátis et fructu vester máneat. [143].

Postcommunio.

GRÁTias tibi ágimus Dómine
Deus noster : qui nos celésti
medéla reparáre dignátus es, da
quésumus peccátis nostris véniam :

sicut beátis confessóribus tuis atque
pontificibus⁷ Medárdo et Gildárdo
dedísti sedem pontificátus. Per.

In translatione sancti Edwardi archiepiscopi.

¶ *In translatione sancti Edmundi
archiepiscopi.⁸*

(ix. Junii.)

Ad missam.

1508-S:394; 1513-S:25v.⁹

Offic.
I.

Aude- á-mus *omnes in Dó-mi- no di- em
festum ce-le-brántes sub honó- re Edmúndi pré-su-
lis : de cu-jus transla-ti- ó- ne gaudent án- ge- li : et
col-láu- dant Fí- li- um De- i. Ps. Exultá-te justi in
Dómi-no : rec-tos de-cet col- laudá-ti- o.

Oratio.

Deus qui nos¹⁰ beáti Edmúndi
confessóris tui atque pontíficis
translatiónem celebráre concédis : te
súpplices¹¹ exorámus : ut ejus méritis

et précibus, a vítiis ad virtútes : et a
cárcere transferámur ad regnum. Per
Dóminum.

In translatione sancti Edwardi archiepiscopi.

¶ *Memoria de martyribus Primo et Feliciano.*

Oratio.

FAc nos quésumus Dómine sanc-
tórum mártirum tuórum Primi
et Feliciáni semper festa sectári : | quórum suffrágiis : protectiónis tue
dona sentiámus. Per Dóminum.

Epistola. Ecce sacérdos magnu qui in vita sua. *in communi.* [106].

Gradale. Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcéinis posuísti in cápite
ejus corónam de lápide precioso. *V.* Vitam pétuit et tribuísti ei longitúdinem
diérum in séculum séculi. [110].

1508-S:394; 1513-S:25v.¹²

Alle.
II.

L- le- lú-ya. *

V. Hic Ed- mundus pauper et mó-di- cus :

ce-lum di-ves ingré- di- tur : hymnis

ce- lés- ti-bus ho-no- rá-

tur.

Sequentia de communi. Alma cohors. *in communi.* [117].

Evangelium Homo quidam peregred. in communi. [120].

In tempore paschali Evangelium Ego sum vitis vera. in communi. [4].

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nōmine meo exaltábitur cornu ejus. *In tempore paschali Allelúya. [121].*

Secreta.

Deus qui panem et vinum in corpus tuum et sanguinem, célesti benedictióne convértis : concéde nobis per mérita béati Edmúndi

confessóris tuis atque pontíficis : ut ad tuam misericórdiam reverténtes tuo beneplácito confirmémur.¹³ Per Dóminum.

Alia secreta de martyribus. Oratio.

Fiat tibi Dómine quésumus hóstia sacránda placábilis preciosórum celebritáte mártirum tuórum Primi et Feliciáni : que per eórum mérita glo-

riosa, et peccáta nostra puríficet : et tuórum tibi vota concíliet famulórum. Per.

Communio. Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem : amen dico vobis super ómnia bona sua constítuet eum. *In tempore paschali Allelúya allelúya. [124].*

Postcommunio.

Deus qui béatum Edmúndum confessórem tuum atque pontíficem, a supplíciis ad gáudia transtu-lísti : tríbue quésumus : ut qui trans-

latiónem ejus venerámur in terris : per ejus patrocínium, ad celéstia transferámur. Per.

Alia postcommunio de martyribus.

Quésumus omnípotens Deus : ut sanctórum mártirum tuórum Primi et Feliciáni celéstibus mystériis

celebráta solénnitas : indulgéntiam nobis tue propiciatiónis acquírat. Per Dóminum notrum.

¶ *Sancti Barnabe¹⁴ apostoli.*

(xj. Junii.)

[*Ad missam.*]¹⁵ *Officium.*



Ichi autem nimis honorátis sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* Dómine probásti me et cognovísti me : tu cognovísti sessionem meam, et resurrectióne meam. [7].

Oratio.

Cclésiam tuam quésimus Dómine beáti Bárnabe apóstoli tui comméndet orálio : et pro ea inter-

véntor exístat : quam doctrína et passióne illústrat. Per Dóminum.

Epiſtola. Jam non estis. *in communi.* [8].

Gradale. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. *V.* Dinumerábo eos : et super arénam multiplicabúntur. [8].

Allelúa. *V.* In omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terra verba eórum. [II].

Sequentia. Allelúa nunc decántent. *in communi.* [16].

¶ *Secundum Johannem. xv. [12-16.]*

JN illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis. Hoc est precéptum meum : ut diligátis ívincem sicut dilexi vos. Majórem hac dilectionem nemo habet : ut ániam suam ponat quis¹⁶ pro amícis suis. Vos amíci mei estis : si feceritis que ego¹⁷ precípio vobis. Jam non dicam vos servos : quia servus nescit quid fáciat dóminus

ejus. Vos autem dixi amícos : quia ómnia quecúmque audívi a Patre meo : nota feci vobis. Non vos me elegístis : sed ego elégi vos : et pósui vos ut éatis et fructum afferáti : et fructus vester máneat. Ut quodcúmque petíeritis Patrem in nómine meo, det vobis.

Offertorium. Michi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. [22].

Secreta.

Placationis tibi Dómine sacrificium in hac beatissimi Bárnabe apóstoli tui solennitáte deférimus : cuius nos précibus hec redemptiónis nostre suffrágia, et intelligere quésimus concédas et ássequi. Per Dóminum.

Prefatio. Et te Dómine. 1165.

Communio. Vos qui secúti estis me : sedébitis super sedes judicántes duódecim tribus Israel, dcit Dóminus. [22].

Postcommunio.

SAcraménta celéstia que pro beáti Bárnabe apóstoli tui pas- sione Dómine tue obtulímus majes- táti : ipsíus nobis quésumus fiant intercessióne salutária : in cuius natalício sunt percépta. Per.

¶ *Sanctorum Basilidis, Cirini, Naboris et Nazarii martyrum.*

(xij. Junii.)

[*Ad missam. Officium.*]¹⁸

 Ntret in conspéctu tuo Dómine gémitus compeditórum : redde vicínis séptuplum in sinu eórum : víndica ságuinem sanctórum tuórum qui effúsus est. *Ps.* Deus venérunt gentes in hereditátem tuam : polluérunt templum sanctum tuum : posuérunt Hierúsalem in pomórum custódiam. [60].

Oratio.

 Anctórum mártymurum tuórum Basílidis, Ciríni, Nabóris, et Nazárii, quésumus Dómine natalícia nobis votiva respléndeant : et quod illis cóntulit excelléntia sempitérna, fructibus nostre devotiónis accréscat. Per Dóminum.

Epistola. Justórum áime. *in communi.* [67].

Gradale. Víndica Dómine ságuinem sanctórum tuórum, qui effúsus est. *V.* Posuérunt mortália servórum tuórum escas volatílibus celi : carnes sanctórum tuórum béstii terre. [73].

Alleluya. *V.* Justi epuléntur et exúltent in conspéctu Dei : et delecténtur in letícia. [78].

Evangelium. Ecce ego mitto. *in communi.* [19].

Offertorium. Exultábunt sancti in glória : letabúntur in cubílibus suis : exultatiónes Dei in fáucibus eórum. [92].

Secreta.

 A nobis quésumus Dómine pure devotónis afféctum : et sanctórum mártymurum tuórum Basíli- dis, Ciríni, Nabóris, et Nazárii intercessiónibus : étiam múnera propícius intuére. Per.

Sanctorum Basilidis, Cirini, Narboris et Nazarii martyrum.

Communio. Posuérunt mortália servórum tuórum Dómine, escas volatílibus celi : carnes sanctórum tuórum béstiiis terre : secúndum magnitúdinem bráchii tui : possíde filios morte punitórum. [96].

Postcommunio.

Divínis sacraméntis refécti qué-
sumus Dómine Deus noster : ut
sanctórum mártirum tuórum Basíli-
dis, Ciríni, Nabórís et Nazárii inter-
cessiónibus : gáudiis mereámur inter-
ésse celéstibus. Per.

¶ Sancti Basili episcopi et confessoris.

(xiiij. Junii.)

[*Ad missam. Officium.*]¹⁹



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et príncipem fecit eum : ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

Deus qui beátum Basílium confessórem tuum doctórem precípuum, catholicéque fidei predicatorum elígere dignátus es : presta quésumus : ut ipso pro nobis inter-

cedénte peccatórum nostrórum mereámur exui malis : et tibi Dómino sincéris méntibus deservíre. Per Dóminum.

Epistola. Ecce sacérdos. *in communi.* [106].

Gradale. Dómine prevenísti eum in benedictióibus dulcéinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. *V.* Vitam pétuit et tribuísti ei longítudinem diérum in séculum séculi. [110].

Alleluya. *V.* Justus germinábit sicut lílum et florébit in etérnum ante Dóminum. [111].

Evangelium. Homo quidam peregred. *in communi.* [120].

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

Secreta.

Sancti Basili confessoris tui atque pontíficis supplicatióne munus oblátum : Dómine quésumus nobis fiat in perpétuum salutáre. Per.

Communio. Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem : amen dico vobis : super ómnia bona sua constitúet eum. [124].

Postcommunio.

Sumptum Dómine celéstis re-
médi sacraméntum : ad per-
pétuam nobis proveníre²⁰ grátiam,
beáti Basílii confessóris tui atque
pontíficis obtíneat intercéssio glo-
riosa. Per.

¶ *Sanctorum Viti et Modesti atque Crescentie martyrum.*

(xv. Junii.)

[*Ad missam. Officium.*]²¹

Nostri Usti epuléntur et exultent in conspéctu Dei : et delecténtur in letícia.
Ps. Exúrgat Deus et dissipéntur inimíci ejus : et fúgiant qui odérunt eum a facie ejus. [63].

Oratio.

Concéde quésimus omnípotens Deus : ut sanctórum mártirum tuórum Viti et Modésti atque Cres-

centie, quorum celebrámus victórias : participémur et prémiis. Per Dóminum.

Epiſtola. Justi autem. in communi. [67].

Gradale. Clamavérunt justi et Dóminus exaudívit eos : et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos. ¶ Juxta est Dóminus his qui tribuláto sunt corde : et húmiles spíritu salvábit. [70].

Alleluya. ¶ Mirábilis Dóminus noster in sanctis suis. [79].

¶ *Secundum Lucam. xj. [47-54.]*

In illo témpore. Dicébat Jesus turbis Judeórum : et princípibus phariseórum, Ve vobis qui edificáti monuménta prophetárum : patres autem vestri occidérunt illos. Profécto testificámini quod conséntitis opéribus patrum vestrorum. Quóniam quidem ipsi²² eos occidérunt : vos autem edificáti eórum sepúlchra. Proptérea et sapiéntia Dei dixit, Míttam ad illos prophétas et apóstolos :

et ex illis occídent, et persequéntur : ut inquirátur sanguis ómnium prophetárum qui effúsus est a constitutióne mundi, a generatióne ista : a sanguine Abel justi,²³ usque ad ságuinem Zacharíe : qui péríit inter altáre et edem. Ita dico vobis : requírétur ab hac generatióne. Ve vobis legispérítis : qui abstulístis²⁴ clavem sciéntie : et²⁵ ipsi non introístis : et eos qui introíbant prohibuístis. Cum

Sanctorum Viti et Modesti atque Crescentie martyrum.

hec ad illos díceret : cepérunt phariséi et legispériti gráviter insístere : et os ejus opprímere, de multis insidiántes

ei. Et queréntes áliquid cápere de ore ejus : ut accusárent eum.

Offertorium. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : quóniam tu Dómine²⁶ benedíces justo : Dómine ut scuto bone voluntátis tue coronásti nos. [91].

Secreta.

PRopícius esto Dómine supplicatióibus nostris : et pópuli tui oblatiónibus precibúsque suscéptis : intercessióne sanctórum mártirum

tuórum Viti et Modesti atque Crescéntie, nostra ad te corda convérte : ut a terrénis cupiditáibus líberi : ad celéstia desidéria transeámus. Per.

Communio. Anima nostra sicut passer erépta est, de láqueo venántium : láqueus contrítus est, et nos liberáti sumus. [98].

Postcommunio.

SAlutáris alimónie participatióne reféctos : beatórum mártirum tuórum Viti et Modesti atque Crescéntie : nos Dómine quésumus ubí-

que defensióne custódi : quorum hódie voluísti nos temporáli solennítáte gaudére. Per.

¶ *Translatio sancti Ricardi.*

(*xvj. Junii.*)

[*Ad missam. Officium.*]²⁷



Tátuit ei Dóminus testaméntum pacis : et príncipem fecit eum, ut sit illi sacerdótii dígnitas in etérnum. *Ps.* Misericórdias Dómini : in etérnum cantábo. [103].

Oratio.

Deus qui nos translatióñem beatíssimi confessóris tui atque pontíficis Ricárdi solénniter celebráre concédis : tríbue nobis quésumus :

ejus méritis et précibus a mundi hujus transíre miséria : et ad gáudia perverníre celéstia. Per Dóminum.

¶ *Memoria de martyribus Cirico et Julita.*

Oratio.

Cxáudi nos Dómine Deus noster cum sanctórum mártirum tuórum Círici et Julíte matris ejus tibi

patrocínio supplicántes : ut quórum celebrámus triúmphum : pósseimur retinére constántiam. Per.

Epistola. Ecce sacérdos. *in communi.* [106].

Gradale. Dómine prevenísti eum in benedictiónibus dulcéinis : posuísti in cápite ejus corónam de lápide precioso. *V.* Vitam pétuit et tribuísti ei longitúdinem diérum in séculum séculi. [110].

Alleluya. *V.* Justus germinábit sicut lílum : et florébit in etérnum ante Dóminum. [111].

Sequentia. Adest nobis dies [alma].²⁸ *in communi.* [115].

Evangelium. Homo quidam pérégre. *in communi.* [120].

Offertorium. Véritas mea et misericórdia mea cum ipso : et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. [121].

Translatio sancti Ricardi.

Secreta.

RFférimus tibi Dómine preces et
múnera suppliciter exorántes :
ut intercessióne beáti Ricárdi con-
fessoris tui atque pontíficis, cuius

translatiónis solénnia cólimus : a vítiis
ad virtútes : et a cárcere transferámur
ad regnum. Per Dóminum nostrum.

Alia secreta de martyribus.

RFférimus tibi Dómine fidélium
tuórum dona solénnia sanctó-
rum mártirum²⁹ tuórum Círici et
Julíte intercessiónibus confidéntes : ut

quod nos exequímur minus idónea
servítute : illórum pótius méritis effi-
ciátur accéptum. Per Dóminum
nostrum.

Communio. Beátus servus quem cum vénerit Dóminus invénerit vigilántem :
amen dico vobis super ómnia bona sua constituet eum. [124].

Postcommunio.

PEr hec sacraménta Dómine que
súmpsimus : et per intercessi-
ónem sancti pontíficis tui Ricárdi :
cujus translatiónis diem devóte cele-
brámus : te súpplices deprecámur : ut

ipsíus méritis et intercessióne : a
ténebris hujus vite, ad lucem per-
pétuam nos transférre dignérис. Per
Dóminum.

C *Alia postcommunio.*

PLebs tua Dómine per hec sancta
que súmpsimus, cápiat sacre
benedictiónis augmémentum : et inter-
cessióne sanctórum mártirum Cýrici

et Julítte copiósis beneficiórum tuó-
rum semper sublevétur³⁰ auxíliis. Per
Dóminum nostrum.

¶ *Sanctorum Marci et Marcelliani martyrum.*

(xvij. Junii.)

[*Ad missam.*]³¹ *Officium.*

 Alus autem justórum a Dómino : et protéctor eórum est in tempore tribulatiónis. *Ps.* Noli emulári in malignántibus : neque zeláveris faciéntes iniquitátem. [64].

Oratio.

PResta quésimus omnípotens Deus : ut qui sanctórum mártirum tuórum Marci et Marcelliáni natalícia cólimus : a cunctis malis imminéntibus eórum intercessiónibus liberémur. Per.

Epiſtola. Lingua sapiéntum. *in communi.* [68].

Gradale. Justórum áime in manu Dei sunt : et non tanget illos torméntum malicie. *V.* Visi sunt óculis insipiéntium mori : illi autem sunt in pace. [71].

Alleluya. *V.* Reddet Deus mercédem labórum santórum suórum : et dedúcet illos in via mirábili. [79].

Evangelium. Vidéte ne quis vos. *in communi.* [89].

Offertorium. Anima nostra sicut passer erépta est, de láqueo venántium : láqueus contrítus est : et nos liberáti sumus. [93].

Secreta.

PRevéniat nos quésimus Dómine grátia tua semper et subsequátur : et has oblationes quas pro peccátis nostris nómini tuo consecrándas offérimus, benígnus assúme : ut per intercessiónem sanctórum mártirum tuórum Marci et Marcelliáni : cunctis proficiant ad salútem. Per.

Sanctorum Marci et Marcelliani martyrum.

GS:219; 1508-S:395; 1513-S:27v; 1513-C:10r.³²

Comm.
IV.



- men * di-co vo- bis : quod u- ni ex mí-nimis
 me- is fe-cís-tis michi fe-cís- tis : ve-ní-te be-ne-díc-ti Pa-
 tris me- i : possi-dé-te pre-pa-rá-tum vo-bis regnum ab i-
 ní-ti- o sé-cu- li.

Postcommunio.

Tat percépta nos Dómine sancta
 vivíficent : sanctórum márti-
 rum tuórum Marci et Marcelliáni | mérita gloriósa nos adjúvent. Per
 rum. | Dóminum.

¶ *Sanctorum Gervasii et Prothasii*

[*martyrum*].³³

(xix. Junii.)

Ad missam. Officium.


GS:212; 1508-S:395; 1513-S:27v.³⁴

Offic.

III.



Oqué- tur * Dómi- nus pa- cem in ple- bem



su- am, et su-per sanc-tos su- os : et in e- os



qui convertún- tur ad ip- sum. Ps. Be-ne-dix-ís-ti



Dómi-ne terram tu- am : a-vertís-ti capti-vi- tá-tem Ja-cob.



Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o et Spi-rí-tu- i Sancto. **XX.**

Oratio.

Deus qui nos ánnua sanctórum
mártyrum tuórum Gervásii et
Prothásii solennitáte letíficas : con-

céde propícious : ut quorum gaudémus
méritis : accendámur exémplis. Per.

¶ *Ad Romanos. viij. [28-32.]*

Fratres. Scimus quóniam dili-
géntibus Deum ómnia coope-
rántur in bonum : his qui secúndum
propósitum vocáti sunt sancti. Nam
quos prescívit et predestinávit con-
fórmes fieri imáginis Fílii sui : ut sit
ipse primogénitus in multis frátribus.
Quos autem predestinávit : hos et

vocávit. Et quos vocávit : hos et jus-
tificávit. Quos autem justificávit :
illos et magnificávit.³⁵ Quid ergo di-
cémus ad hec ? Si Deus pro nobis :
qui contra nos ? Qui étiam próprio
Fílio suo non pepérct : sed pro nobis
ómnibus trádidit illum.

Gradale. Gloriósus Deus in sanctis : mirábilis in majestáte fáciens prodígia. ¶ Déxtera tua Dómine glorificáta est in virtúte : déxtera manus tua confrégit inimícum. [69].

Alleluya. ¶ Sancti et justi in Dómino gaudéte : vos elégit Deus in hereditátem sibi. [77].

¶ *Secundum Marcum. xij. [1-14.]*

In illo témpore. Egrediénte Jesu de templo ait illi unus ex dis-cípulis suis, Magíster : áspice quales lápides et quales structúre. Et res-pondens Jesus, ait illi, Vides has omnes magnas³⁶ edificationés ? Non relinquéatur lapis super lápidem qui non destruátur. Et cum séderet in monte Olivárum contra templum : interrogábant eum separátim Petrus, et Jacóbus, et Johánnes, et Andréas. Dic nobis quando ista fient : et quod signum erit quando hec ómnia incípiant consummári ? Et respón-dens Jesus cepit dícere illis, Vidéte ne quid vos sedúcat. Multi enim vénient in nómine meo dicéntes quia ego sum :

et multos sedúcent. Cum autem audiéritis bella, et opiniónes bellórum : ne timuéritis. Opórtet enim hec fieri : sed nondum finis. Exúrget enim gens contra³⁷ gentem, et regnum super regnum : et erunt terremótus per loca, et fames. Inítium dolórum hec. Vidéte autem vos metípos. Tradent enim vos in concíliis, et in synagógis vapulábitis : et ante présides et reges stábitis propter me, in testimónium illis. Et in omnes gentes primum opórtet predicáre³⁸ evangélium. Et cum dúixerint vos tradéntes : nólite precogitáre quid loquámini : sed quod datum fúerit vobis in illa hora, id loquímini. Non enim vos estis lo-

quéntes : sed Spíritus Sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem : et pater filium : et consúrgent filii in paréntes : et morte affícient eos. Et

éritis ódio ómnibus propter nomen meum. Qui autem sustinúerit in finem : hic salvus erit.

Offertorium. Letámini in Dómino et exultáte justi : et gloriámini omnes recti corde. [92].

Secreta.

Hostias tibi Dómine laudis offérimus : quas³⁹ béatis martyribus tuis Gervásio, et Prothásio contulísti :

ut et pro tuo nómine mori non pavérent : et sempitérna glória fúlgeant⁴⁰ interémpti. Per.

Communio. Posuérunt mortália servórum tuórum Dómine, escas volatílibus celi : carnes sanctórum tuórum béstiiis terre : secúndum magnitúdinem bráchii tui, possíde filios morte punitórum. [96].

Postcommunio.

PEnedíctio tua Dómine quésimus per hec sancta mystéria tuórum ímpleaf corda fidélium : ut et sanctórum mártýrum tuórum⁴¹ Ger-

vásii et Prothásii honoríficent passi-ónes : et remédia salútis etérne que expétunt, éisdem patrocinántibus as-sequántur. Per Dóminum nostrum.

I In translatione sancti Edwardi regis et martyris.

(xx. Junii.)

Ad missam. Officium.



Lória et honore coronasti eum, et constituisti eum super opera
manuum tuarum. Ps. Dómine Dóminus noster : quam admirabile est
nomen tum in univera terra. [33].

Oratio.

Deus eterni triumphator imperii :
familiam tuam propicius res-
pice, translatiōnem regis celebratēm
Edwārdī : et presta : ut sicut illum

mūnere glorificare dignaris celesti : ita
nos ejus obtentu etérne felicitati facias
dignanter ascribi. Per Dóminum.

Epistola. Beatus vir qui invēntus. *in communi.* [37].

Gradale. Posuisti Dómine super caput ejus corónam de lápide precioso. *V.*
Desidérium ánime ejus tribuisti ei : et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.
[39].

Alleluya. *V.* Beatus vir qui suffert temptationem : quóniam cum probátus fuerit,
accipiet corónam vite. [44].

Si fiant ix. lectiones dicatur sequentia Orgánicos canámus. in communi. [46].

Evangelium. Si quis venit ad. *in communi.* [50].

Offertorium. Posuisti Dómine in cápite ejus corónam de lápide precioso, vitam
pétuit a te et tribuisti ei alleluya. [52].

Secreta.

Intúere quésimus Dómine Deus
ad nostre⁴² humilitatis hóstiam
tibi in honore sancti martyris tui ac
regis Edwārdī oblátam : quam tibi

sacram oblationem mirabili dispensa-
tione efficere voluisti : et concéde
nobis illius précibus ita innocénter
vivere : ut ad etérna mereámur gáudia

In translatione sancti Edwardi regis et martyris.

pervenire. Per.

Communio. Qui vult venire post me ábneget semetípsum et tollat crucem suam et sequátur me. [54].

Postcommunio.

SAncta tua nos Dómine sumpta puríficent : et beáto mártyre tuo ac rege Edwárdo intercedénte, ad perpétue beatitúdinis consórtium perdúcant. Per Dóminum.

¶ Sancti Albani prothomartyris Anglorum.

(xxij. Junii.)

[Ad missam. Officium.]⁴³

AN virtúte tua Dómine letábitur justus : et super salutáre tuum exultábit
vehémenter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. Ps. Quam pervenísti
eum in benedictiónibus dulcéinis : posuísti in cápite ejus corónam de
lápide precioso. [34].

Oratio.

Deus qui hunc diem beáti Albáni
martýrio consecrásti : tríbue
quésumus : ut cujus ánnuo gratulá-
mur offício : ejus contínuo foveámur
auxílio. Per Dóminum nostrum.

¶ Lectio libri Sapientie. iij. [7-15.]

Justus si morte preoccupátus fú-
erit : in refrigério erit. Senéctus
enim venerábilis est non diutúrna :
neque número annórum computáta.
Cani autem sunt sensus hóminis : et
etas senectútis vita immaculáta.
Placens Deo factus est diléctus : et
vivens inter peccatóres translátus est.
Raptus est ne malícia mutáret intel-

léctum illíus : aut ne fictio decíperet
ánimam illíus. Consummátus in bre-
vi, explévit témpora multa. Plácita
enim erat Deo ánima illíus. Propter
hoc properávit edúcere illum de
médio iniquitátis : quóniam grátia
Dei et misericórdia est in sanctos ejus :
et respéctus in eléctos illíus.

Gradale. Beátus vir qui timet Dóminum : in mandátis ejus cupit nimis. *V.*
Potens in terra erit semen ejus : generátio rectórum benedicétur. [40].

Alleluya. *V.* Posuísti Dómine super caput⁴⁴ ejus : corónam de lápide precioso. [42].

1508-S:395; 1513-S:28v.⁴⁵

Seq.
I.

E *a.* - ya gaudens ca-térra * o-vánter e- ya. Pange so- *b¹.*

ah53121.

Sancti Albani prothomartyris Anglorum.

nó-ra Dómi-no cánti-ca il-lí- us : et e-nárra mag-ná-li- a.
b².

Ex to-to corde, ex to-ta virtú-te, ex to-ta á-nima : Chris-
c¹.

to jú-bi-la. Qui est sanctó-rum vi-ta, virtus, gló-ri- a,
c².

pré-mi- um, co-ró-na. Cu-jus pí- e-tas larga : comit áure-a
d¹.

Albá-num láure- a. Cu-jus pre-cél-lens grá-ti- a : expurgá-
d².

vit e-jus crími-na. E-jus et cornu per secla : ex-ál-tat
e¹.

in magna gló-ri- a. Cum e-nim perce-pís-set di-va mú-ne-
e².

ra. Sancte re-li-gi- ó-nis do-na mýsti-ca. Aspérnens i-dó-
f¹.


latram re-gem spre-vit í-do-la. Et cum jam du-ce-ré-tur

Sancti Albani prothomartyris Anglorum.


mortis ad supplí-ci- a. Pre-ce fu-gans flúmi-na. Per flú-vi- i
glá-re- as : sicca transí-vit sémi-ta. Pa-ri quoque grá-ti- a.
Gra-ta fontis mú-ne-ra : terra prodúx-it á-ri-da. Post hec
íncly-ta Albá-ne pa-ter ópe-ra. Linquens hec terréstri- a.
Scandis cum gló-ri- a : ce-ló-rum díndima. Te nunc pé-timus
patróne pre-ce sé-du-la. Qui es nostra ve-ra gló-ri- a.
Solve pre-cum vo-tis servó-rum scé-le-ra. Exó-ra pro
gente Angli-ca : et pro e-jus pa-ce e-térna.

Ter dicitur X. predictus.

Sancti Albani prothomartyris Anglorum.



Et no-bis ti-bi supplí-ci-bus, vi-te ve-ra ímpetra gáudi- a.



Ubi so-nat jú-gi-ter al-le-lú- ya.

Evangelium. Si quis vult post me venire. *in communi.* [50].

Offertorium. In virtúte tua Dómine letábitur justus : et super salutáre tuum exultábit veheménter : desidérium ánime ejus tribuísti ei. [51].

Secretum.

Sicut in beáti mártiris tui Albáni
veneratióne te mirábilem predi-
cámus : sic Dómine cleméntiam tuam | per hec pie placatiónis offícia : pro
nobis quésumus ipse pius intervéntor
exístat. Per Dóminum.

Communio. Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem
impónes super eum Dómine. [56].

Postcommunio.

AT tua nos Dómine sacraménta
purgent a crímine : sanctam | martyr Albánus semper implóret.
majestátem tuam quésumus beátus | Per.

In vigilia sancti Johannis baptiste.

¶ In vigilia sancti Johannis baptiste.

(xxij. Junii.)

[Ad missam.]⁴⁶

GS:188; 1508-S:397; 1513-S:29r.⁴⁷

Offic.


VII.




The musical notation is written on four-line red staves. The first staff begins with a large 'K'. The lyrics are as follows:

E tí-me- as * Za-cha-rí- a : ex-audí-ta est
o-rá-ti- o tu- a : et E-lí-za-beth ux-or tu- a pá- ri- et
ti-bi fi-li- um : et vo-cá- bis nomen e- jus Jo-hán-nem :
et e- rit magnus co-ram Dómi- no : et Spí-ri-tu Sancto
replé-bi-tur adhuc ex ú- te-ro ma-tris su- e : et mul-ti in
na-ti- vi-tá- te e-jus gau- dé- bunt. Ps. Dó-mi-ne in
virtú-te tu- a le-tá-bi-tur rex : et su-per sa-lu-tá-re tu- um

In vigilia sancti Johannis baptiste.



ex-ultá-bit ve-hemén- ter. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o et



Spi-rí-tu- i Sancto. **XX.**

Oratio.

PResta quésumus omnípotens Deus : ut família tua per viam salútis incédat : et beáti Johánnis Christi⁴⁸ precursóris hortaménta sec-

tando : ad eum quem predíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat.

C *Memoria de sancta Etheldreda.*

Oratio.

Deus qui nos hódie beáte Etheldréde vírginis tue ánnua solennítate letíficas : concéde propí-

tius : ut ejus adiuvémur méritis, cuius castitatis irradíamur exémplis. Per Dóminum.

C *Lectio Jeremie prophete. j. [4-10.]*

JN diébus illis. Factum est verbum Dómini ad me : dicens, Priúsqam te formárem in útero, novi te : et ántequam exíres de vulva sanctificávi te : et prophétam in géntibus dedi te. Et dixi, A a Dómine Deus. Ecce néscio loqui : quia puer ego sum. Et dixit Dóminus ad me, Noli dícere quia⁴⁹ puer sum : quóniam ad ómnia que mittam te ibis : et univérsa

que mandavéro tibi, loquéris. Ne tímeas a fácie eórum : quia ego tecum sum ut éruam te, dicit Dóminus. Et misit Dóminus manum suam : et tétingit os meum. Et dixit ad me, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce constítui te hódie super gentes, et super regna : ut evéllas, et déstruas et dispérdas, et díssipes, et edífices, et plantes. Dicit Dóminus omnípotens.

In vigilia sancti Johannis baptiste.

GS:188. pl. l.; 1508-S:398; 1513-S:29v.⁵⁰

Grad.
VI, V.

U- it ho- mo * mis- sus a De- o :
cu- i nomen Jo-hánnes e- rat hic ve- nit.
¶ Ut testi-mó-ni- um perhí-be-ret de
lú- mi- ne : et pá-ra-re Dó-mi-no ple-bem * per-
féc- tam.


Si in dominica fuerit dicitur.

GS:188, pl. l.; 1508-S:398; 1513-S:29v.

Alle.
II.

L-le-lú- ya. * ¶ Tu pu-
er prophé- ta al-tís- simi vo-

In vigilia sancti Johannis baptiste.



¶ *Initium sancti evangelii : secundum Lucam. j. [5-17.]*

Fuit in diébus Heródis regis Judée sacérdos quidam nómine Zacharías, de vice Abia : et uxor illíus de filiábus Aaron : et nomen ejus Elízabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis et justificatióibus Dómini sine queréla. Et non erat illis filius : eo quod esset Elízabeth sterílis : et ambo processíssent in diébus suis. Factum est autem cum sacerdótio fungerétur Zacharías in órdine vícis sue ante Deum, secúndum consuetúdinem sacerdótii : sorte éxiit ut in cénum póneret, ingréssus in templum Dómini. Et omnis multitúdo pópuli erat orans foris hora incénsi. Appáruit autem illi ángelus Dómini stans a dextris altáris incénsi. Et

Zacharías turbátus est videns : et timor irruit super eum. Ait autem ad illum ángelus, Ne tímeas Zacharía : quóniam exaudíta est deprecatio tua : et uxor tua Elízabeth páriet tibi filium et vocábis nomen ejus Johánnem. Et erit gáudium tibi et exultatio : et multi in nativitaté ejus gaudébunt. Erit enim magnus coram Dómino : vinum et siceram non bibet. Et Spíritu Sancto replébitur adhuc ex útero matris sue : et multos filiórū Israel convértet ad Dóminum Deum ipsorum. Et ipse precédet ante illum in spíritu et virtute Helye : ut convértat corda patrum in filios : et incrédulos ad prudéntiam justórum. Paráre Dómino plebem perféctam.

Offertorium. Glória et honóre coronásti eum et constituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine. [53].

In vigilia sancti Johannis baptiste.

Secreta.

DA quésumus omnípotens Deus :
ut sicut beátus Johánnes bap-
tista astrúxit : Agnus ille tuus qui
preséntibus mystériis declarátus est :
peccáta nostra semper emúndet. Qui
tecum.

C *Alia secreta de sancta Etheldreda.*

HUe in hoc altári Dómine pro-
pósito óculis tue majestatis of-
férimus : sancte Etheldréde vírginis
tue supplicatióibus quésumus propi-
ciátus⁵¹ assúme.

Communio. Magna est glória ejus in salutári tuo : glóriam et magnum decórem
impónes super eum Dómine. [56].

Postcommunio.

BÉati Johánnis baptíste nos
Dómine preclára comitétur orá-
tio : et quem ventúrum esse predíxit :
poscat nobis fore placátum : Jesum
Christum Fílium tuum. Qui tecum
vivit.

Alia postcommunio de sancta Etheldreda.

HUésumus omnípotens Deus : ut
quod de mensa celésti percé-
pimus : intercedénte beáta Etheldréda
vírgine tua : nostros semper ad te
trahat afféctus. Per Dóminum
nostrum.

In die sancti Johannis.

¶ *In die [nativitatis]⁵² sancti Johannis.*

(xxiiij. Junii.)



[1508-S:398.]

[*Ad missam.*]⁵³

GS:pl. 1.; 1508-S:398; 1513-S:29v.⁵⁴


Offic.

I.


Contra f. I. E ven-tre * ma-tris me- e vo-cá- vit me
Dómi- nus no-mi-ne me- o : et pósu- it os me-
um ut glá-di- um a- cù- tum : sub te-gumén-to ma-nus
su- e pro- téx- it me : pósu- it me qua- si sa-gít-tam



In die sancti Johannis.



e- léc-tam. *Ps.* Bonum est confi-té-ri Dómi-no : et



psál-le-re nó-mi-ni tu-o al-tíssi- me. [Glória Patri.] **XX.**

Oratio.

Deus qui preséntem diem hono-
rábilem nobis in beáti Johánnis
nativitáte fecísti : da pópolis tuis

spirituálium grátiam gaudiórum et
ómniúm fidélium mentes, dírige in
viam salútis etérne. Per Dóminum.

I *Lectio Ysaie prophete. [xlix. 1-3; 5, 6, 7.]*

AUdite ínsule : et atténdite pópuli
de longe. Dóminus ab útero
vocávit me : de ventre matris mee
recordátus est nóminis mei. Et pósuit
os meum quasi gládium acútum : in
umbra manus sue protéxit me : et
pósuit me sicut sagíttam eléctam. In
pháretra sua abscóndit me : et dixit
michi, Servus meus es tu Israel : quia


in te gloriábor. Et nunc hec dicit
Dóminus, formans me ex útero
servum sibi : dedi te in lucem gén-
tium : ut sis salus mea usque ad
extrénum terre. Reges vidébunt, et
consúrgent príncipes : et adorábunt
Dóminum Deum tuum : et sanctum
Israel qui elégít te.

GS:pl. 1.; 1508-S:399; 1513-S:30r.⁵⁵

Grad.
V.



Ri- úsquam te * formá-rem in ú- te-ro no- vi



te : et án-tequam ex-í- res de ven-tre : sancti- fi-cá-vi

In die sancti Johannis.

te. *XV.* Mi- sit Dó- mi-nus ma- num
su- am et té- ti-git os me- um, et dix-it
* michi.

GS:pl. m.; 1508-S:399; 1513-S:30r.⁵⁶

Alle. I
II. *A* L-le- lú-ya. * *XV.* Inter
na- tos mu-lí- e-
rum : non surréx- it ma-jor Jo-hán-
ne * baptista.

In die sancti Johannis.

1508-S:399; 1513-S:30r.⁵⁷

ah53163.

Seq.
VIII.

a.




Ancti baptiste * Chris-ti pre-có-nis. So-lénni- a

b¹.



ce-lebrántes : mó-ri-bus ipsum sequámur. Ut ad vi-tam

c¹.



quam pre-díx-it : ásseclas su-os perdú-cat. De-vó-ti te sanc-




tíssime hómi-num, amí-ce Je-su Chris-ti fla-gi-támus :




ut gáudi- a percí-pi- ámus.

Sequens VIII. dicitur in nativitate ejusdem tantum.



Appa-rénsque Zacha-rí- e Gábri- el repromí-sit qui tu- am



ce-lebrá-rent obséqui- is na-ti-vi-tá-tem.

Sequens VIII. dicitur in decollatione ejusdem tantum.

In die sancti Johannis.

Máx-imá que dantur sanctis in ce-lo que marty-ri- i tu-i
congaudémus victó-ri- is in di- e ista. Ut per hec festa,
e-térrna gáudi- a ad-i-piscámur. Qua sancta De- i sacris
de-lí-ci- is le-ti congáudent. Tu qui pré-pa-ras fi-dé-li- um
corda. Ne quid dé-vi- um vel lúbri-cum De-us in e- is
invé-ni- at. Te depóscimus ut crími-na nostra. Et fa-
ci-nó-ra contí-nu- a pre-ce stú-de- as absólve-re. Pla-cá-tus.
Ut ipse su-os. Semper inví-se-re. Fi-dé-les. Et man-

In die sancti Johannis.

The musical notation consists of four staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a sharp sign and has three measures labeled *i².*, *g³.*, and *k¹.* The second staff begins with a sharp sign and has one measure labeled *k².* The third staff begins with a sharp sign and has one measure labeled *m.* The fourth staff begins with a sharp sign and has one measure labeled *n.* The lyrics are written below the staves, corresponding to the neumes. The lyrics are:

si- ónem. In e- is fá-ce-re. Digné-tur. Ut Agni vél-
le-re quem tu-o dí-gi-to. Mundi monstrá-ve-ras tólle-re
crími-na nos ve-lit indú-e-re. Ut ipsum me-re- ámur
ángelis assó-ci- i. In alba veste sequi per portam
cla-ríssimam. Amí-ce Chris-ti Jo-hánnes.

Iste ultimus V. dicitur ter in utroque festo.

¶ *Evangelium Secundum Lucam. j. [57-68.]*

JN illo tempore. Elízabeth implé-tum est tempus pariéndi : et péperit filium. Et audiérunt vicíni et cognáti ejus quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa : et congratulabántur ei. Et factum est in die octávo, venérunt cirumcídere púerum : et vocábant eum nómine patris sui Zacharíam. Et respóndens mater jus, dixit, Nequáquam : sed vocábitur Johánnes. Et dixerunt ad illam : quia nemo est in cognatióne tua, qui

vocétur hoc nómine. Innuébant autem patri ejus, quem vellet vocári eum. Et póstulans pugillárem : scrip-tis dicens, Johánnes est nomen ejus. Et miráti sunt univérsi. Apértum est autem ílico os ejus, et lingua ejus : et loquebátur benedícens Deum. Et fac-tus est timor super omnes vicínos eórum : et super ómnia montána Judée divulgapántur ómnia verba hec. Et posuérunt omnes qui audíerant in corde suo dicéntes, Quis putas puer

In die sancti Johannis.

iste erit ? Etenim manus Dómini erat cum illo. Et Zacharías pater ejus repletus est Spíritu Sancto : et prophe-

távit dicens, Benedictus Dóminus Deus Israel : quia visitávit et fecit redemptiónem plebis sue.

Credo. 20.

GS:17, pl. m.; 1508:27r; 1513:30v.⁵⁸

Offert. III.

Us- tus * ut palma flo- ré- bit :
si-cut ce- drus que in Lí- ba- no est
mul-ti-pli-cá- bi-tur.

Secretum.

Tua nos Dómine munéribus al-tária cumulámus, illíus nativi-tátem honóre débito venerántes, et opem nobis áffore deprecántes, qui

salvatórem mundi et cecínit affu-túrum et adésse monstrávit pre-séntem⁵⁹ : Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

GS:pl. m.; 1508-S:401; 1513-S:30v.⁶⁰

Comm. II.

U pu- er * prophé-ta al-tíssi- mi vo- cá-
be- ris : pre- í- bis e- nim an- te fá- ci- em Dó- mi-

In die sancti Johannis.

The musical notation consists of a single line of square neumes on a four-line staff. The notes are primarily square neumes, with some diamond-shaped neumes appearing later in the line. The lyrics are written below the staff: "ni pa-rá- re vi- as e- jus." A vertical bar line is positioned between the first two measures, and a double bar line with repeat dots is at the end of the line.

Postcommunio.

SUmat ecclésia tua Deus, beáti Johánnis baptíste generatióne letíciam : per quem sue regeneratiónis cognóvit auctórem : Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

Per todas octavas dicitur eadem missa de sancto Johanne : nisi festum intercurrat : et nisi in dominica sed sine Sequentia et Credo. et nisi missa Salus pópuli. vel missa dominicalis ex necessitate cantanda fuerit : et [nisi]⁶¹ quando dicitur missa de festo⁶² loci, vel de sancta Maria.

Sancti Johannis et Pauli martyrum.

I Sanctorum Johannis et Pauli martyrum.

(xxvj. Junii.)

[Ad missam.]⁶³

GS:pl. m.; 1508-S:401; 1513-S:30v.⁶⁴

Offic.
II.

Ulte * tri-bu-la- ti- ó-nes jus- tó- tum : et de his
ómni-bus li-be-rá- vit e-os Dómi- nus : Dómi-nus cus-
tó- dit ómni- a ossa e- ó- rum : u- num ex hiis non
conte- ré- tur. Ps. Be-ne-dí-cam Dómi-num in omni
témpo-re : semper laus e-jus in o-re me- o. [Glória Patri.] XX.

Oratio.

Quésumus omnípotens Deus : ut
nos gemináta letícia, hodiérne
festivitatis excípiat : que de beatórum
Johánnis et Pauli glorificatióne pro-
cédit : quos eádem fides et pássio,
vere fecit esse germános. Per
Dóminum.

Memoria de sancto Johanne baptista : ut supra. {215}.

Epistola. Hii sunt viri. in communi. [69].

Sancti Johannis et Pauli martyrum.

Gradale. Ecce quam bonum et quam jocundum : habitare fratres in unum. *V.*
 Sicut unguentum in capite : quod descendit in barbam : barbam Aaron. *V.*
 Mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in seculum. [74]. [et dicatur
 cum duobus versibus hac die.]⁶⁵

GS:pl. n.; 1508-S:402; 1513-S:30v.⁶⁶

Alle. I.

L-le- lú-ya. *

V. Is- ti sunt du- e ó-li-ve can-


de-lá-bra lu-cén-ti- a ante Dó- mi-num : ha-

bent po- testá- tem cláude-re ce- lum nú-

bi- bus : et a- pe- rí- re por- tas e-jus : qui- a lin-

gue e- ó- rum cla- ves ce- li fac- te sunt.

Sancti Johannis et Pauli martyrum.



*Si in dominica fuerit : dicitur sequentia Ecce pulchra canórum. in communi. [81].
Evangelium. Atténdite a ferménto. in communi. [87].*

Offertorium. Gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum : quóniam tu Dómine benedíces justo : Dómine ut scuto bone voluntátis tue coronásti nos. [91].

Secreta.

LOstias altáribus tuis Dómine placiónis impónimus : poténtiam tuam, in sanctórum tuórum Johánnis et Pauli passióibus honorándo : et per eos nobis implorándo véniam peccatórum. Per.

Communio. Et si coram homínibus torménta passi sunt, Deus temptávit eos : tanquam aurum in fornáce probávit eos : et quasi olocáusta accépit illos. [98].

Postcommunio.

SUmptis sacraméntis plebs tua Dómine quésumus repléta proficiat : et eórum fulta presídiis, quorum natalícia célebrat : quod tempo- ráliter devóta sectátur : etérnum cónsequi mereátur. Per Dóminum nostrum.

In vigilia apostolorum Petri et Pauli.

¶ In vigilia apostolorum Petri et Pauli.

(xxvij. Junii.)

[Ad missam.]⁶⁷

GS:pl. o.; 1508-S:402; 1513-S:31r.⁶⁸

Offic.
IV.

I- cit * Dó-mi-nus Pe-tro : cum es-ses jú-ni- or
cin- gé-bas te, et ambu- lá-bas u-bi vo- lé-bas : cum
autem se-nú- e-ris, extén- des ma-nus tu- as : et
á-li- us te cin- get : et du-cet quo tu non vis : hoc au- tem
dix- it signí- fi-cans qua mor- te cla-ri-fi-ca- tú- rus
es-set De- um. Ps. Ce- li enná-rant gló- ri- am De-
i : et ópe-ra má-nu- um e-jus annúnci- at firmaméntum.
[Glória Patri.] XX.

Oratio.

DEUS qui nos beatórum apos-tolórum Petri et Pauli natalícia gloriósa preveníre concédis : tríbue

quésumus : eórum nos semper et beneficiis preveníri : et oratióibus adjuvári. Per Dóminum nostrum.

Memoria de sancto Leone papa.

Oratio.

DEUS qui beátum Leónem pon-tíficem sanctórum tuórum méritis coequásti : concéde propícius : ut

qui commemoratiónis ejus festa recólimus, vite quoque ejus⁶⁹ imitémur exémpla. Per.

Memoria de sancto Johanne baptista. {215}.

Lectio Actuum Apostolorum. iij. [1-10.]

IN diébus illis. Petrus et Johánnes ascendébant in templum : ad horam oratiónis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex útero matris sue, bajulabátur : quem ponébant quotídie ad portam templi, que díicitur Speciosa : ut péteret elemósynam ab introeúntibus in templum. Is cum vidísset Petrum et Johánnem incipiéntes introíre in templum : róbogat ut elemósinam accíperet. Intuens autem in eum Petrus cum Johánni, dixit, Résponce in nos. At ille intendébat in eos : sperans se áliquid acceptúrum ab eis. Petrus autem dixit, Argéntum et aurum non est michi : quod autem

hábeo hoc tibi do. In nómine Jesu Christi Nazaréni, surge et ámbula. Et apprehénsa ejus manu déxtera, alle-vávit eum : et prótinus consolidáte sunt bases ejus, et plante. Et exíliens stetit et ambulábat. Et intrávit cum illis in templum : ábulans et exíliens, et laudans Deum. Et vedit eum omnis póplus ambulántem et laudántem Deum. Cognoscébant autem illum : quóniam⁷⁰ ipse erat qui ad elemósynam sedébat ad Speciosam portam templi. Et repléti sunt stu-pore et extási : in eo quod contígerat illi.

Gradale. In omnem terram exívit sonus eórum : et in fines orbis terre verba eórum. *XV.* Celi enárrant glóriam Dei : et ópera mánuum ejus annúnciat firmaméntum. [9].

Si dominica fuerit.⁷¹

Alleluya. ¶ Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum.⁷² [ii].

¶ Secundum Johannem. xxj. [15-19.]

JN illo témpore. Dixit Jesus Symóni Petro, Symon Johánnis, díligis me plus his ? Dicit ei, Etiam Dómine : tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei íterum, Symon Johánnis díligis me ? Ait illi, Etiam Dómine : tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tértio, Symon Johánnis amas me ? Contristátus est Petrus, quia dixit ei

tértio amas me : et dicit ei, Dómine : tu ómnia nosti : tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oves meas. Amen amen dico tibi : cum essem júnior, cingébas te : et ambulábas ubi volébas : cum autem senúeris, exténdes manus tuas : et álius te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit : signíficans qua morte clarificatúrus esset Deum.

Offertorium. Michi autem nimis honorificáti⁷³ sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum. [22].

Secreta.

AUnera Dómine tue propiciatiónis deférimus : que tibi pro nostris grata jejuniis : eórum qué-

sumus deprecácio quorum solénnia prevenímus efficiat. Per Dóminum nostrum.

¶ Alia secreta de sancto Leone.

Annue nobis Dómine ut per intercessióne beáti Leónis confessór tui atque pontíficis hec nobis

prosit oblátio : quam immolándo tótius mundi tribuísti relaxári delícta. Per.

GS:pl. o.; 1508-S:403; 1513-S:31v.⁷⁴

Comm.

VI.



Y-mon * Jo-hán- nis dí- li- gis me plus his :

In vigilia apostolorum Petri et Pauli.

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff covers the lyrics 'Domi ne tu omni a nosti tu scis Domi'. The second staff begins with 'ne qui' and ends with 'te.'. The notation is in common time, with a mix of single and double bar lines.

Postcommunio.

Sumpsimus Dómine divína mys-
téria beatórum apostolórum
tuórum Petri et Pauli desideráta
solénnia precurréntes : presta qué-

sumus : ut eórum supplicatiónibus
muniámur : quorum régimur princi-
pátu. Per Dóminum.

C *Alia postcommunio de sancto Leone.*

Sumentes Dómine divína mys-
téria sancti Leónis confessóris
tui atque pontíficis : pia nos qué-
sumus intercéssio proseguátur : ut

cujus solénnia recensémus : optáta
presídia sentiámus. Per Dóminum
nostrum.

In die apostolorum Petri et Pauli.

¶ In die apostolorum Petri et Pauli.

(xxix. Junii.)

[Ad missam.]⁷⁵ Officium.

GS:189; pl. o.; 1508-S:403; 1513-S:41v.⁷⁶

Offic.
III.

Unc sci-o * ve- re, qui- a mi- sit Dó-mi- nus
ánge- lum su- um : et e-rí-pu- it me de ma-nu He-
ró- dis, et de omni expecta-ti- ó-ne ple- bis
Ju-de- ó- rum. Ps. Et Petrus as se re- vérsus dix-it. [Glória
Patri.] XX.

Oratio.

Deus qui hodiérnam diem apos- tolórum tuórum Petri et Pauli martýrio consecrásti : da ecclésie tue

eórum in ómnibus sequi precéptum : per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

¶ Lectio Actuum apostolorum. xij. [I-II.]

In diébus illis. Misit Heródes rex manus ut afflígeret quosdam de ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judeis : appósuit appre- héndere⁷⁷ et Petrum. Erant autem dies Azimórum. Quem cum appre-

hendísset, misit in cárcerem : tradens quátuor quaternióníbus mílitum ad⁷⁸ custodiéndum : volens post Pascha prodúcere eum pôpulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere : orátió autem fiébat sine intermissióne ab ecclésia ad Deum pro eo. Cum autem

In die apostolorum Petri et Pauli.

producturus eum esset Heródes : in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílités vinctus cathénis duábus : et custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce ángelus Dómini ástitit : et lumen refúlsit in habitáculo cárceris.⁷⁹ Percussóque látere Petri excitávit eum dicens, Surge velóciter. Et cecidérunt cathéne de móribus ejus. Dixit autem ángelus ad eum, Precíngere : et cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi, Circúnda tibi vestiméntum tuum, et séquere me. Et éxiens sequebátur eum : et nes-

ciébat quia verum est quod fiébat per ángelum. Existimábat autem se vi- sum vidére. Transeúntes autem pri- mam et secúndam custódiam : vené- runt ad portam férream quæ ducit ad civitátem : que ultro apérta est eis. Et exeúntes, processérunt vicum unum : et contínuo discéssit ángelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit, Nunc scio vere : quia misit Dóminus ánge- lum suum : et eríput me de manu Heródis : et de omni expectatióne plebis Judeórum.

Gradale. Constítues eos príncipes super omnem terram : memóres erunt nóminis tui Dómine. *V.* Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : proptérea pópuli confitebúntur tibi. [io].

GS:189; 1508-S:403; 1513-S:32r.⁸⁰

Alle. I.

L-le- lú- ya. *

V. Tu es Sy- mon Bar- jó-na :

cu-i ca-ro et san-guis non re-ve-lá-

In die apostolorum Petri et Pauli.

vit ver- bum pa- tris : sed ip-se pa-
ter qui est * in ce- lis.

1508-S:404; 1527-S:206; 1513-S:32r.⁸¹

Seq. II.

*a*¹. *a*². ah53211.
Auda jo-cúnda me-los turma persó-na. Jungéndo
*b*¹.
verba symphó-ni- e ríthmi-ca. Cóncre-pans íncly-ta armó-
*b*².
ni- a ve-ra ce-li lúmi-na. Lu-ce qui áure- a il-lustrá-runt
*c*¹.
mundi regna ómi-na. Vernant fórti- a jam quo-rum tróphe- a
*c*².
in ce-li ré-gi- a. Quo-rum mé-ri-ta dissólvant crími-na hac

In die apostolorum Petri et Pauli.

di- e fúlggi-da. Nam alter cru-cis supplí-ci- o tri- úmphans : al-
ter ensis jú-gu-lo u-térque ni-tet láure- a. Et su-per súb-
limes sý-de-ra insígnes victó-ri- a cé-li-ca pre-lá-ti sunt
in cú-ri- a. Hinc be- á-te Petre qui máx-ima ré-se-ras clau-
dis verbo ce-li lími-na. Sume pi- us vo-ta fi-dé-li- a : peccá-
ti cuncta dissolvéndo víncu-la. Sacra Paule ínge-re dogmá-
ta : il-lústrans ple-bis pécto-ra. Et quo- úsque det De-us
perfécta : ultra fer mentes sý-de-ra. Pulchris qua re-súltet

d¹.

d².

e¹.

e².

f¹.

f².

g.

In die apostolorum Petri et Pauli.

The musical notation consists of six staves of square neumes on four-line red staves. The notation is divided into sections by vertical bar lines and labeled with letters above them: *g².*, *mú-si-ca virtú-tum fí-di-bus : atque me-lis cóncinna. In*; *qua symphó-ni- a miscé-tur et il-la que ve-re di- a-téssa-ron*; *b¹.*, *prima. Constans virtú-te et justí-ci- a. Tempe-ránti- a et*; *i¹.*, *pru-dénti- a. Qui-bus sú-pe-ra ágmi-na ri-te de-co-rá- ta :*; *t².*, *Christo cánti-ca psal-lunt en armó-ni-ca. Nostro sint cho-ro*; *só-ci- a : il-la dent lúmi-na, quis pre-có-ni- a damus y-per-*; *k.*, *lí-ri-ca. Sublime di-cant nunc ómni- a : amen re-démpta.*

Evangelium. Venit Jesus in partes. in communi. [20].

[Credo.]⁸² 20.

Offertorium. Constitues eos príncipes super omnem terram : memóres erunt nóminis tui in omni progénie et generatióne. [21].

In die apostolorum Petri et Pauli.

Secreta.

LOstias Dómine quas nōmini tuo
sacrandas offérimus, apostólica
prosequáatur orálio : per quam nos et | expiári tríbuas et deféndi. Per Dó-
minum.

Prefacio. Et te Dómine. 1165.

GS:183, 189; 1508-S:385; 1513-S:32r.⁸³

Comm.

VI.

U es Pe- trus : * et su-per hanc pe-tram e-di- fi-
ca-bo ecclé- si- am me- am.

Postcommunio.

QUos celéstis Dómine aliménto
satiásti : quésumus apostólicis | intercessiónibus ab omni adversité
custódi. Per.

In commemoratione sancti Pauli.

¶ In commemoratione sancti Pauli.

(ultima Junii.)

[Ad missam.]⁸⁴

GS:189; 1508-S:404; 1513-S:32r.⁸⁵

Offic. I.

Ci-o cu-i cré-di-di * et cer-tus sum : qui-a
po-tens est depó-si-tum me-um ser-vá-re in
il-lum di-em. Ps. Dómi-ne pro-básti me et cognó-
vísti me : tu cognó-vísti sessi-ónem me-am et re-surrec-
tí-ónem me-am. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o. XX.

Oratio.

Deus qui multitúdinem géntium
beáti Pauli apóstoli tui predi-
catiōne docuísti : da nobis quésumus
ut cujus natalícia cólimus, ejus apud
te patrocínia sentiámus. Per Dó-
minum.

¶ Memoria de sancto Petro.⁸⁶

Oratio.

Deus qui beáto Petro apóstolo
tuo collátis clávibus regni celés-
tis, ánimas ligándi atque solvéndi
pontificium tradidísti : concéde pro-
{235}

pícius : ut intercessiónis ejus auxílio :
a peccatórum nostrórum néxibus libe-

rémur. Per Dóminum.

Memoria de sancto Johanne baptista, ut supra. {215}.

¶ *Ad Galathas. j. [ii-24.]*

Fratres. Notum vobis fácio evan-
gélium quod evangelizátum est a
me : quia non est secúndum hómi-
nem. Neque enim ego ab hómíne
áccepi illud, neque dídici : sed per
revelatióñem Jesu Christi. Audístis
enim conversatióñem meam aliquán-
do in Judaísmo : quóniam supra
modum persequébar ecclésiam Dei :
et expugnábam illam. Et proficiébam
in Judaísmo supra multos coetáneos
meos in génere meo : abundántius
emulátor exístens paternárum meá-
rum traditiónum. Cum autem plá-
cuit⁸⁷ ei qui me segregávit ex útero
matris mee : et vocávit per grátiam
suam : ut reveláret Fílium suum in
me : ut evangelizárem illum in gén-
tibus : contínuo non acquiévi carni et

sánguini : neque veni Hierosólymam
ad antecessóres meos apóstolos : sed
ábii in Arábiā : et íterum revérsum
sum Damáscum. Deínde post annos
tres veni Hierosólymam vidére
Petrum : et mansi apud eum diébus
quíndecim. Alium autem aposto-
lórū vidi néminem : nisi Jacóbū
fratrem Dómini. Que autem scribo
vobis : ecce coram Deo quia non
mémentior. Deínde veni in partes Sýrie
et Cilície. Eram autem ignótus fácie
ecclésiis Judée : que erant in Christo
Jesu.⁸⁸ Tantum autem audítum ha-
bébant : quóniam qui persequebatur
nos aliquando : nunc evangelizat
fidem, quam aliquando expugnábant.
Et in me clarificábant⁸⁹ Dóminum
nostrum⁹⁰ Jésu Christum.

Gradale. Qui operátus est Petro in apostolátum, operátus est et michi inter
gentes : et cognovérunt grátia Dei que data est michi. ¶ Grátia Dei in me vácuā
non fuit : sed grátia ejus semper in me manet. [ut supra in conversione Pauli.]⁹¹
{54}.

In commemoratione sancti Pauli.

GS:178, 189; 1508-S:375; 1513-S:32v.⁹²

Alle. I.

L- le- lú- ya. *

V. Mag- nus sanctus Pau- lus vas

e- lec- ti- ó- nis : ve-re

dig- ne est * glo- ri- fi- cándus.

Sequentia. Solémnitas sancti Pauli. Require supra in festo Conversionis ejusdem.
{56}.

*Evangelium. Dixit Symon Petrus ad Jesum, Ecce nos reliquímus ómina. in
communi. [19].*

*Offertorium. Michi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : nimis con-
fortátus est principátus eórum. [22].*

Secreta.

Platiónem tibi Dómine votivam
deférimus deprecántes⁹³ : ut ad
laudem tui nóminis et apostólice
reveréntiam dignitátis : et ad nostrum
pervéniat sanctificáta presídium. Per
Dóminum.

In commemoratione sancti Pauli.

Alia secreta.

Ecclésie tue quésumus Dómnine
preces et múnera beáti Petri
apóstoli tui comméndet orátio : et

quod per illíus glória celebrámus :
nobis prosit ad véniam.

Prefatio. Et te Dómine. 1165.

Communio. Amen dico vobis : quod vos qui reliquístis ómnia et secútis estis me : centúplum accipiétis : et vitam etérnam possidébitis. [ut supra in conversione ejusdem.]⁹⁴ {60}.

Postcommunio.

Da quésumus omnípotens Deus,
ut ecclésia tua et sacraméntis
refécta salutáribus : et beáti Pauli
apóstoli tui⁹⁵ apóstoli fulta suppli-

cacióñibus : sic preséntia dona per-
cípiat : ut cápere mereátur etéerna.
Per Dóminum nostrum.

Alia postcommunio.

Letíficet nos Dómine quésumus
munus oblátum : ut sicut in
apóstolo tuo Petro te mirábilem

predicámus : sic per illum tue su-
mámus indulgéntie largítate.

Notes.

Notes, pages {177}-{238}.

¹ Dickinson:757.

² Dickinson:758.

³ 'viji.', 1513-S:24v.

⁴ For 'in throno, habitábit', 'super thronum hábitat.92. 94. 97. 98. 4L. 15. 57.', Dickinson:759.

⁵ Dickinson:759.

⁶ Dickinson:761.

⁷ 'atque pontificibus' 'non habent 92. 4L. 15. 57.', Dickinson:762.

⁸ According to W. H. Frere, *Graduale Sarisburinse:xxviii.* this feast in 1247 displaced the feast of Sts. Primus and Felician. The translation itself occurred on June 9, 1247. Nevertheless, the adoption of this feast into the Sarum Rite appears to have taken place at a later date, seeing that it does not appear in the earlier Sarum sources.

⁹ The accidentals follow Rylands-24:331. and 364.

¹⁰ 'non habent 94. 97.', Dickinson:762.

¹¹ 'suplíciter.--4L. 15. 57.', Dickinson:762.

¹² 1508-S:394. omits that last 10 notes. The final melisma has been edited to agree with the *jubilus*.

¹³ 'conformémur.--92. 4L. 15. 57.', Dickinson:763.

¹⁴ 'Bernabe', 1508-S.

¹⁵ Dickinson:764.

¹⁶ 'qui', *Vulgata*.

¹⁷ 'non habent 92. 97. 98.', Dickinson:764.

¹⁸ Dickinson:765.

¹⁹ Dickinson:766.

²⁰ 'perveníre.--98. 15. 57.', Dickinson:767.

²¹ Dickinson:767.

²² 'ipsi quidem', *Vulgata*.

²³ *Vulgata* omits.

²⁴ 'quia tulístis', *Vulgata*.

²⁵ Dickinson:760. omits 'et', with the note 'ita 55P. &c. et.--13. 26. 57.' The *vulgata* omits 'et'.

²⁶ 'non habent 92. 94. 97. 98. V.', Dickinson:760.

²⁷ Dickinson:767.

²⁸ Dickinson:769.

²⁹ 'non habent 92. 94. 97. 89.', Dickinson:770.

³⁰ Dickinson:770. has 'sublevémur' with the note 'sublevétur.--98. 34.'

³¹ Dickinson:770.

³² In 1508-S:395. 'mínimis fecístis michi fecístis' appears a third lower. 1508-S:395. has no flats. 1508-S:395. has 'possidíte'. The flat at 'uni' appears in Rylands-24:412. Rylands-24:412. has a flat at 'benedícti'.

Notes.

³³ 1508-S:395.

³⁴ GS:212. gives the beginning of the Psalm-verse followed by the Psalm-tone ending and 'Amen'.

³⁵ 'glorificávit', *Vulgata*.

³⁶ 'non habent 97. 98.', Dickinson:772.

³⁷ For 'enim gens contra', 'autem gens super.--97. 98. enim gens super.--92. 57.', Dickinson:773.

³⁸ 'ita 26. &c. predicári.--96. 98. 55P. V.', Dickinson:773.

³⁹ 'qui.--34.', Dickinson:773.

⁴⁰ 'non habet 26. transitóriam commutarent.--55P.', Dickinson:773.

⁴¹ 'non habent 92. 4L. 57.', Dickinson:773.

⁴² 'nostram.--94. 97. 98.', Dickinson:774.

⁴³ Dickinson:775.

⁴⁴ For 'super caput', 'ita 26. &c. in cápite.--55P.', Dickinson:776.

⁴⁵ In b². there is a melodic variant at 'corde' : G.E. appears instead of F.E. At d². 1508-S:395. 1527. and 1532. have 'exúltat'; 'exúltat.--94. 98. 4L. 15.', Dickinson:776. In l². there is a melodic variant at 'Et' : C appears instead of D. The sequence is not indicated in GS:188. or Arsenal:164r. but it is indicated in Rylands-24:347.

⁴⁶ Dickinson:777.

⁴⁷ In 1508-S:397. 'tibi' is set D.CD; 'ejus Johánnem' is set CDC.CC CCC.GAG.G; 'magnus coram' is set C.BCD D.FDF. GS:188. has the beginning of the Psalm-verse followed by the Psalm-tone ending and 'Amen'.

⁴⁸ 'non habent 92. 94. 97. 98. 4L. 57.', Dickinson:777.

⁴⁹ *Vulgata* omits.

⁵⁰ 'nomen erat Johánnes', 1513-S:29v. In GS:188. the flat continues through 'nomen'. In 1508-S:398. the first syllable of 'lúmine' is set ACDC. GS:188. omits a repetition of CCA in the final melisma, sa does Arsenal:164v. The flat at 'perféctam.' appears in GS:Pl. 1.

⁵¹ 'propítius.--94. 97.', Dickinson:779.


⁵² 1508-S:398.

⁵³ Dickinson:780.

⁵⁴ In 1508-S:398. 'sagíttam' is set C.FF.GEFE. In GS: pl. 1. 'tuo altíssime' is set ACA.G F.F.FFE.D.

⁵⁵ 1508-S:399. has no flats. The flat at 'ventre' appears in Ryalnds-24:348.

⁵⁶ 1508-S:399. has no flats. The flat at 'Johánn' appears in Rylands-24:348. In 1508-S:399. the second syllable of 'baptísta' is set DE. In GS:pl. m. 'baptísta' appears thus:



baptísta.

⁵⁷ The flats in c¹. c². and c³. appear in Rylands-24:491. 1508 has a flat signature from e¹. through to f². Here the edition follows Rylands-24:491. At i¹. for 'invísere', 'miserére.--13. 26. misereri.--

Notes.

55P.', Dickinson:781. 1513-S:30r. has 'miserére'. The flats from 1^l. through to the end appear in Rylands-24:491. Another version of this sequence appears in the Appendix.

⁵⁸ In GS:pl. m. the second syllable of 'Justus' is set EE. GS:pl. m. has no flats. 1508:27v. has no flat at 'multiplicábitur'. GS:17. and pl. m. omits the 'Allelúya'.

⁵⁹ 'non habent 94. 97. 98.', Dickinson:783.

⁶⁰ The flats appear in Rylands-24:349.

⁶¹ 1508-S:401.

⁶² 'commemoratione', 1508-S:401.

⁶³ Dickinson:783.

⁶⁴ In 1508-S:401. justórum' is set FFF.DED.D.

⁶⁵ 1508-S:401.

⁶⁶ 1513-S:30v. has 'et duo candelábra.' In 1508-S:402. 'due' is set DCDFEFD.D. In 1508-S:402. 'portas' is set DAAGEFEE.EFEDD. 1508-S:402. omits the last 43 notes. GS:pl. n. omits the last 38 notes. The final melimsa has been completed in accordance with the jubilus.

⁶⁷ Dickinson:784.

⁶⁸ The flat at 'esset' appears in Rylands-24:349.

⁶⁹ 'non habent 92. 94. 97. 98.', Dickinson:785.

⁷⁰ 'quod', *Vulgata*.

⁷¹ 'Si dominica fuerit dicitur unum Allelúya. de communi apostolorum.', 1508-S.

⁷² For ' Allelúya. ¶. Nimis honoráti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum.', 'dicatur unum Allelúya de communi apostolorum.--92. 94. 97. 98. 57. Grad.', Dickinson:786.

⁷³ 'honorificáti', 1526-S:29v. 'honoráti.--13. 15.', Dickinson:786.

⁷⁴ 1508-S:403. has no flats. The flat at 'plus' appears in GS:pl. o. That and the flat at 'quia' appear in Rylands-24:350.

⁷⁵ Dickinson:787.


⁷⁶ In GS:189 erípuit' is set F.EFGA.G.GABAA. 1508-S:403. has no flat. In 1508-S:403. 'omni' is set G.A.E.

⁷⁷ 'ut apprehénderet', *Vulgata*.

⁷⁸ *Vulgata* omits.

⁷⁹ 'non habent 92. 97. 98. 4L. V.', Dickinson:790.

⁸⁰ In 1508-S:403. 'Allelúya' is set thus:



At 'pater' GS:189. omits the low C. In 1508-S:403. 'celis' is set thus:

Notes.



ce- lis.

⁸¹ 1508-S. is missing a leaf containing the first part of this sequence; a508-S:404. takes it up in the middle of g². In e¹. 'celis.--98.', Dickinson:789. The flats from i¹. through to the end appear in Rylands-24:492. In Arsenal:252r. the final line is as follows:



Nul-li me di-cant nunc ómni- a : amen re-démp-ta.

⁸² 1508-S:404.

⁸³ 'ut supra in cathedra beati Petri.', 1508-S:404.

⁸⁴ Dickinson:790.

⁸⁵ GS:189. gives the beginning of the Psalm-verse followed by the Psalm-tone ending and 'Amen'.

⁸⁶ In 1508-S:404. this cue, and the cues to the Memorial of St. John the Baptist, the Epistle, appear after the cue for the sequence.

⁸⁷ 'complácuit.--97. 98.', Dickinson:791.

⁸⁸ Vulgate omits.

⁸⁹ 'glorificabuntur.--97. 98.', Dickinson:791.

⁹⁰ 'non habent 92. 98. 4L. 15. 57.', Dickinson:791.

⁹¹ 1508-S:404.

⁹² 'ut supra in conversione ejusdem.', 1508-S:404. 1508-S:375. has no flats. In 1508-S:375. the jubilus appears thus:



*

The same pattern appears in the final melisma. In 1508-S:375. 'electiónis' is set CD.F.FGAAGFFED.DCDEDCCDE.D. In 1508-S:375. the second syllable of 'Paulus' appears two notes earlier. The flat at 'Paulus' appears in Rylands-24:325. In 1508-S:375. 'electiónis' is set CD.F.FGAAGFFED.DCDEDCCDE.D. In 1508-S:375. the third syllable of 'glorificándus' appears 5 notes later. 1508-S:375. omits last 13 notes of the final melisma; GS:178. omits the last 33 notes. In the final melisma GS:189. omits the E in the fun FED.

⁹³ 'precántes.--92. 94. 97. 98.', Dickinson:792.

⁹⁴ 1508-S:404.

⁹⁵ 'non habent 92. 4L. 15. 57.', Dickinson:792.